



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Cultu Sacrosancti Cordis Dei Ac Domini Nostri Jesu Christi**

**Galliffet, Joseph de**

**Romae, M.DCCXXVI.**

Praxis III. Ex R. P. Alvarez de Paz.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45817](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45817)

*Ex P. Alvare de Paz.*

P. Jacobus Alvares de Paz e Soc. Jesu, in via spiritali, quam tot excellentissimis libris demonstravit, dux peritissimus, vitæque sanctitate insignis, quid de cultu Cordis Jesu sentiret, expressit, cum in aliis operum suorum locis, tum vero præcipue tom. 3. l. 4. part. 2. Exercit. 2, ubi exercitium ad Cor Jesu specialiter venerandum præscribens, hæc habet. Cona-  
» beris intrare in Cor Domini Jesu, ipsumque confi-  
» derare quale sit: ut ad ipsius similitudinem cor tuum  
» efformes. Cor istud sanctissimum est via, per quam  
» venimus ad æternam mansionem, quæ est Christi di-  
» vinitas: & ostium per quod ingredimur ad contem-  
» plationem divinitatis; ut ergo possis ad contempla-  
» tionem & amorem divinitatis ascendere, in Cor  
» istud Domini, omnium cordium sanctissimum atque  
» mundissimum, intenta consideratione penetrare cura-  
» bis; ut simile Cor, aspirando in oratione, & laboran-  
» do in actione, habere coneris. Tum, in certa qua-  
» dam praxi, quam in eodem loco subjungit, in hæc  
» verba prorumpit. O Salvator hominum Christe Je-  
» su, cujus opus redemptio nostra est: cujus imitatio to-  
» ta perfectio est; aperi mihi obsecro sanctissimum Cor  
» tuum, janua[m] vitæ, & fontem aquæ vivæ, ut per il-  
» lud ad tui notitiam ingrediar, & aquam veræ virtutis  
» omnem sitim rerum temporalium extinguentem bi-  
» bam, &c.

PRA-